



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institutione Sacerdotum, qui sub Episcopis  
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam  
vitam**

**Soto, Pedro de**

**Louanij, 1562**

3 De reliquis omnibus pote[n]tjis humanorum actuum principijs, &  
praecipue appetitiuis, et actibus earum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30247**

## Lectio Tertia.

## DE RELIQUIS OMNIBVS

potentijs humanorum actuum  
principijs, & præcipue appeti-  
tibus, & earum actibus.

**H**AS prædictas potes-  
tias, & actiones earum  
exposuisse sufficeret, si  
homines tantum ratio-  
nales essemus: sed quia commu-  
nicamus etiam cum brutis ani-  
mantibus in corpore & sensibus,  
eorumque officijs: sunt in nobis  
alię operatiões, & virtutes, illarū  
operationum principia: de quib⁹  
etiam breuiter dicendum, quan-  
tum morali proposito conuenit.  
Igitur cum Grego. Nissen. & Da-  
mascen. distinguamus præter has  
potentias (quæ sunt secundum ef-  
sentiam suam rationales, hoc est,  
ipsa ratio, & appetitus eius) dupli-  
cis generis alias potentias, quædã  
enim sunt (vt illi inquit) ra-

C tios

lib. 4.  
de homi-  
ne, ca. 8.

De ora-  
thodoxa  
fid. c. 12.

lib. 2.

lib. 4.  
de homi-  
ne, ca. 8.

De ora-  
thodoxa  
fid. c. 12.

lib. 2.

lib. 4.  
de homi-  
ne, ca. 8.

De ora-  
thodoxa  
fid. c. 12.

lib. 2.

lib. 4.  
de homi-  
ne, ca. 8.

De ora-  
thodoxa  
fid. c. 12.

lib. 2.

lib. 4.  
de homi-  
ne, ca. 8.



50. DE APPETITV SENSITIVO

*Quaedam  
potentie  
aie om-  
nino non  
obediunt  
rationi.*

*1. p. q. 81*

*quedam  
potentie  
aie om-  
nino pa-  
rent ra-  
tioni, as-  
sue non  
qua res  
pugnāt.*

tionales: quæ scilicet rationem se-  
quuntur, & ab ea persuadentur:  
quas mox explicabimus. Aliæ  
sunt irrationales omnino, quæ  
nec rationi obediunt, nec persua-  
sibiles sunt: quales sunt (vt in-  
quiunt illi) pulsatis illa virtus cor-  
dis & arteriarum, & nutritiva at-  
que generatiua, ceteræque vege-  
tatiuæ partes. Illæ verò quæ ra-  
tioni participant & ei obediunt,  
quas rationales diximus, distin-  
guuntur à sancto Thom. & à Phi-  
losopho primo Polit. Nam aliæ  
semper et omnino rationi paræt:  
hæc est virtus motiua, quæ in mē-  
bris corporis est: vt progressiua,  
quæ maximè in pedibus cernitur.  
Aliæ verò sunt, quæ nonnunquã  
repugnāt & feruntur à seipsis in  
sua propria bona: quare cū à ra-  
tione ab eis auocantur, non mox  
illam sequuntur, quanquã tandē  
trahi possint: & hic est appetitus  
sensitiuus. Habet enim suū pro-  
priū motū in ea quæ sunt sensui  
delectabilia. Sed (vt experientia

videz

videm  
tuum  
ne, sic  
modi  
ergo i  
sibi di  
tuti ve  
domit  
quam  
ratioe  
fectus  
bra ac  
sunt pr  
quada  
volun  
uent, s  
teriore  
petitus  
imped  
& volu  
cet. Ide  
multip  
distrab  
cui affe  
nia, un  
& secu  
dum. I  
moral



videmus)ira, quæ vn<sup>o</sup> horū motuum est, mitigatur cōsideratione, sicut concupiscentia & huiusmodi alij appetitus. Dominatur ergo illis ratio, sed vt liberis, qui sibi dimissi feruntur in sua. Virtuti verò motiuae, & organis ei<sup>9</sup> dominatur ratio vt seruis. Nunquam enim hæc mouentur sine ratione in homine, nisi vbi est defectus aliquis naturæ. Quare mēbra actuum humanorum non tā sunt principia, quā instrumenta quædam: nec enim rationem aut voluntatem, vel tantillum mouent, sed mouentur ab eis ad exterioriores operatiōes. At verò appetitus non solum repugnat, sed impedit etiam & trahit rationē & voluntatem, vt experiētia docet. Idque ( vt b. Thomas dicit) multipliciter fit: primò, rationē distrahendo: Nimum enim alii cui affectui appetitus intenta anima, minus efficax est ad rectē & secundum rationem iudicandum. Deinde & per apertam con-

*Appetitus sensitiuus.*

*Ratiōis imperiū in aliis aīe vis res.*

*Appetitus sensitiuus non tantū repugnat, sed etia trahit ratiōem & volūtatē.*

*1. 2. qu. 77. art. 1. & 2.*

C ij traries



trarietatem & repugnātiā. Dū enim iudicat appetitus sequendam delectationem aliquam, & nimium sibi complacet in ea: ratio non satis efficax est ad rectè circa hoc iudicandum. Deum & immutando corpus ipsum. Sunt enim hi affectus cum corporis immutatione: vt ira cū sanguinis accensione & timor cōtrā. Mutato verò corpore, fit, vt longè aliter homo sentiat & iudicet: sicut famescens aliter iudicat, quā satur. Propter hæc igitur omnia dictum est: qualis quisque est, talis finis ei videtur. Hæc igitur appetitiua virtus, est à nobis attentius cōsideranda, quæ in actionibus plurimum valet. Et eò magis, quò consuetudine facta est fortior, & quò magis sequuntur homines appetitū quā rationem. Omittamus tamē hæc magis speculatiuam quæstionē: an hæc repugnantia sit naturalis, an solum ex peccato in poenā à Deo inflictā. Illud certum est, ablatum

latū fun  
mine de  
tiē, que  
tia aufe  
de qua  
piscit ac  
tus adu  
Video  
titus ig  
tem vo  
tiuæ na  
sensui  
quæ ra  
Diu  
theolo  
phis, in  
scibiler  
cut, de  
quæ si  
inclinat  
dedit v  
& impe  
ra virtu  
lit omn  
Ideo an  
dir in b  
inclinat



latū fuisse propter peccatū ab ho-  
mine donū illud originalis iusti-  
tię, quo fiebat, vt hæc repugnans  
ta auferretur: & rursus, hanc esse  
de qua Paulus inquit: Caro concu-  
piscit aduersum spiritum, & spiri-  
tus aduersus carnem & cæt. Item:  
Video aliam legem & cæt. Appe-  
titus igitur hic (quem sensualita-  
tem vocant) est propensio sensu-  
tiuæ naturæ in bona delectabilia  
sensui: vt voluntas fertur in ea,  
quæ rationi conueniunt.

Gal. 5.

Rom. 7.

Diuiditur verò à priscis illis  
theologis, atque etiam philoso-  
phis, in concupiscibilem, & ira-  
scibilem. Quia enim: natura, si-  
cut, dedit rebus omnibus, ad ea  
quæ sibi conueniunt quærenda  
inclinationem quandam: ita etiã  
dedit vt insurgerent in contraria  
& impediencia. Sicut lapis, quan-  
ta virtute descendit, tanta repel-  
lit omnia impediencia descensum.  
Ideo animalibus non solū de-  
dit in bona conuenientia sensib<sup>9</sup>  
inclinationem, quam dicimus cō-

Duplex  
appetit<sup>9</sup>  
tus sen-  
sitiuus,  
scilicet  
concupiscendi  
& iras-  
cendi.

VO  
Dū  
en-  
&  
ea:  
re-  
De-  
ip-  
um  
cū  
nor  
fit.  
&  
r iu  
næc  
alis  
tur.  
st à  
quæ  
et.  
line  
is se  
quã  
hãc  
onē:  
alis,  
nã à  
ab-  
tum





*De actibus  
sive  
passionibus  
utriusque  
usque appetit  
scilicet  
sitiui.*

*Actus appetit  
concupiscens  
di circa*

cupiscibilem: sed etiam qua insurgent in contraria & impediencia. quam vocarunt irascibile, ex qua sunt pugnae & contentiones propter delectationes in animalibus. Et quia haec saepe contraria sunt (quod enim fugit concupiscibilis, scilicet dolores, aggreditur irascibilis, quoniam insurgit in alterum) duas dixerunt virtutes, & non unam. Actus vero earum, quas affectiones alij, alij passionibus dixerunt, sunt breuiter etiam a nobis considerandi; quos etiam antiqui illi theologi Greg. & Damasc. tradiderunt supra dictis locis: & diligentissime d. Thom. pluribus quaest. videlicet a 22. usque ad 48. prima secunda. Plurimum enim refert ad materiam moralium hos cognoscere: cum (vt diximus) tãto opere valeant affectus in hominibus. Nos bis tamen in hoc principio satis sit breuissime vel numerasse harum potentiarum actus.

Igitur virtus illa concupiscibilis

lis du  
quod p  
quod fu  
disting  
rem, d  
qui se h  
re natu  
lis, prin  
natural  
quam  
qua inc  
tertio c  
titu ho  
propo  
placet i  
secunde  
appetit  
adepto  
appetit  
Circa r  
ctus, qu  
suerunt  
confide  
sens fu  
efficit:  
minari  
stitiam



ET EIUS ACTIBVS

55.

bonū &  
malū.

lis duo respicit: Primò bonum quod prosequitur: deinde malum quod fugit. Circa bonum tres distinxerunt illius actus, amorem, desiderium, & gaudium: qui se habent in animali, sicut in re naturali, respectu finis naturalis, primùm conuenientia ipsa rei naturalis cum fine, quæ est antequam incipiatur motus & ex qua incipit: deinde motus ipse: tertio denique quies. Sic in appetitu hoc animali, bono absolute proposito concupiscibili, primò placet illi: hoc vocant amorem: secundo, si consideratur absens, appetitur desiderio: sed in iam adeptò & acquisito conuiescit appetitus, quod est gaudium. Circa malum tres oppositos actus, qui ex his manifesti sũt posuerunt. Malum enim absolute consideratum odio habetur, absens fugitur, præsens tristitiam efficit: atque ideo hos actus nominarunt, odium, fugam, & tristitiam.

Amor.

Desiderium.

Gaudium.

Odiũ.

Fuga.

Tristitia.

C iij Irasci



*Actus appetitus irascibilis circa bonum & malum difficile.*

*Spes. Desperatio.*

*Timor. Audacia.*

*Ira.*

Irascibilis, porro, quæ propugnatrix est & vindex concupiscibilis, ab illa incipit et in illam terminatur. Est tamen circa bonum & malum sed difficile. Bonum igitur arduum illi propositum, si iudicetur possibile acquiri, speratur; quod si est contrario impossibile credatur, desperamus de illo. Et hæc duo, spes & desperatio, sunt duo contrarij actus virtutis irascibilis circa bonum. Similiter & malum arduum aut timeatur, cum iudicatur non posse evadi; aut cum speratur superari posse, audemus in illud insurgere. Sunt igitur timor & audacia duo irascibilis actus circa malum arduum; & hoc quidem cum absens est. At verò cum malum est præsens, si superari posse iudicatur, insurgit ira, quæ propriè etiam est irascibilis passio. Nam si superari non possit malum, succumbit appetitus per tristitiam, quæ non est irascibilis, sed concupiscibilis affectio.

Circa

Circa b  
nulla fi  
irascibi  
cupisc  
q; hæc  
tè pate  
minari  
inciper  
enim q  
tur, des  
cultas, f  
gitur ab  
quisitu  
quod si  
despera  
teneatu  
quo eti  
progre  
betur n  
ratum:  
mus pe  
repelli  
vel per  
illi.



Circa bonum verò præsens cum nulla sit difficultas, non operatur irascibilis, sed in eo quiescit concupiscibilis per gaudium. Si itaq; hæc bene considerentur, aperte patet in tristitia & gaudio terminari omnes affectus appetit<sup>9</sup>, incipere verò ab amore. Ex eo enim quòd aliquod bonum amatur, desideratur absens: si sit difficultas, speratur, & in eam insurgitur ab irascibili: cum verò acquisitum fuerit, sequitur gaudiū: quòd si impossibile iudicatur, est desperatio: vel si tandem nõ obteneatur, sequitur tristitia. Ex quo etiam circa malum, qualis sit progressus ostenditur. Odio habetur malum absolutè consideratum: absens fugitur, & insurgimus per audaciam in illud, atque repellitur per iram, si incidere, vel per tristitiam succumbimus illi.

LECTIO

C V